- Potest tamen eundem amovere talis collator operâ Ordinarium. 71
- Beneficiarius, seu habens beneficium manuale, potest sine causa removeri validè, nec potest conqueri contra removementem. 72. 3
- Non potest tamen sine causa removeri licitè. 72. 2
- Potest adhuc removeri validè à Prælato, cui tale beneficium plenè jure subest, et si is promississet se illum non revocaturum. 73
- Et hoc quidem, et si talis promissio firmata juramento. 73
- Beneficiarium talè amovendi quæ censeatur causa justa. 74
- Beneficiarium talem amovens an teneatur manifestare & probare causam amotionis, amoto vel amovendo recurrente ad superiore. 74
- Beneficiarium talem amoventis quando constet aut præsumatur malicia. 76
- Beneficiarium contra talem, si fieret accusatio vel inquisitio, & is eâ pendente amoveretur, præsumitur malicia. 76. 1
- Item si is contra receptam consuetudinem, ne beneficiarius intra certum tempus moveatur, absque culpa moveretur. 76. 2
- Item, dum ad instantiam beneficiati fieret inquisitio adversus Prælatum, penes quem est potestas amovendi, & is eâ inquisitione pendente illum amoveret. 76. 3
- An beneficiatio tali manuali negantur causam amotionis in ipso articulo amotionis expressam, debeat dicta causa justificari, & interim suspendi amotio. 77
- Beneficiarius talis an adhuc amoveri possit, dum facta ei collatio beneficii manualis à Papa esset confirmata. 78
- Beneficiarius talis adhuc amoveri possit, dum Papa jure devoluto contulisset ei beneficium manuale. 79. 1
- Limitatur tamen id ipsum. 79. 1
- Beneficiarius talis adhuc amoveri possit, dum Papa simpliciter ei contulisset beneficium nomine proprio, & jure concursus. 79. 2
- Si tamen, sciens illius naturam, conferret illud nomine proprio simpliciter sæculari, censebitur ei contulisse pro tota ejus vita. 79. 3
- Beneficiarius habens onus legendi missas in certa Ecclesia, sacello, altari, peccat mortaliter legendo eas alibi. 104. 1
- In beneficiatio magis requiritur morum honestas quam literatura. 337
- Beneficiatio, ubi agitur interesse Ecclesiæ ipsius, permissum est agere per seipsum, & consequenter abesse pro negotio vel lite Ecclesiæ; non autem pro lite ipsi mota super beneficio ipso, sed tantum super juribus & bonis beneficii, de cujus residentia agitur. 382. 2.
- Bigamia.*
- Bigamia inducit irregularitatem non ex culpa. 351. 1
- Bigamia quid sit & quoruplex. 351
- Bigamia in conscientia non inducitur sine persequente copula; secus est de foro externo. 352. 1
- Bigamia non contrahitur per hoc, quod quis plures cognoverit concubinas. 352. 1
- Bigamia vera quid sit? 352. 1
- Bigamia interpretativa quid sit, & quot modis contrahatur. 353. 1
- Bigamia interpretativa, cur potius incurrarur ab eo, qui dicit corruptam, quàm eo, qui corruptus sine affectu maritali cum pluribus, dicit virginem, remissivè. 353. 1
- Bigamia similitudinaria quid sit? 354
- Bigami, tam interpretativè & similitudinariè, quam verè tales sunt impromovibiles ad beneficia. 355
- Item prohibentur suscipere Ordines, & in susceptis ministrare, intelligendumque hoc ipsum etiam de clericatu. 355
- Bigami non tantum verè, sed & interpretativè tales ipso facto nullâ obstante consuetudine contrariâ, carent omni privilegio Clericali, prohibentur deferre habitum clericalem sub anathemate, subjecti jurisdictioni fori sæcularis, & immunnes ab excommunicatione eos percutientes. 355
- Quod ipsum tamen intelligendum de constitutis tantum in minoribus, in sacris enim constituti gaudent privilegio clericali, donec degradentur. 355
- Bigami similitudinariè non amittuntur privilegia clericalia, etiam respectu constitutorum in minoribus tantum. 355
- In bigamia, etiam quo ad minores Ordines tantum, dispensare nequit Episcopus, dum vera est vel interpretativa. 357. 1
- Neque in bigamia similitudinaria orta ex delicto. 357. 1
- Potest tamen id in alia bigamia similitudinaria, etiam quo ad Ordines factos. 357. 2
- In bigamia tamen hac dispensare nequit cum Clerico sæculari post susceptos Ordines, vel etiam religioso dacente invalidè & cognoscente viduam. 357. 2
- In bigamia verè & interpretativa, etiam quo ad Ordines minores dispensare cum suis nequeunt Prælati regulares, etiam exempti. 357. 2
- Possunt id tamen in bigamia similitudinaria, dum in suos jurisdictionem quasi Episcopalem habent. 357. 2.

& Verborum.

Bona.

Bona immobilia, ex quibus percipiuntur beneficiorum redditus, debent esse intra bona secularia. 6
 Bona eadem pertinent ad particulares quasque Ecclesias, suntque communis, eorum tamen modum administratione existente penes Ecclesiarum Rectores. 6
 Bona hæc debent esse res certa & stabiles. 7
 Bona hæc sunt dos beneficiorum. 7
 Bona hæc, ut transeant in dominium Ecclesiarum, non requiruntur. 8
 Bona, super quibus fundata capellania non collativa, manent & reputantur laicalia, subiecta potestati secularium magistratum. 56. 1
 Bonorum Ecclesiarum, etiam mobilium inventarium facere tenentur parochi, eisque copiam tradere Ordinario. 446. 1
 Bona & res istiusmodi mobiles Ecclesiarum vel domus Ecclesiarum à prædecessoribus acquisita nullatenus sine licentia Ordinarii distrahere, aliisque deferre potest Rector Ecclesiarum vel beneficiorum, quod ipsum limitatur. 446. 2
 Bona immobilia Ecclesiarum sub excommunicatione aliisque penis nullo pacto sine auctoritate Apostolica alienare, aut ultra triennium elocare potest ejus Rector. 446. 3
 Bonorum Ecclesiarum elocatio cum anticipatis solutionibus prohibita à Tridentino. 446. 4

Canonicatus.

Canonicatus omnes, ubi in Ecclesia annexum habent facram Ordinem absque determinatione, quod uni hinc alteri alius Ordo annexus, provetus de uno illorum debet ad minimum esse subdiaconatus. 312. 7
 Canonicatus omnibus in cathedralibus annexum esse facram Ordinem, voluit Tridentinum. 317. 7
 Sine canonicatu nequit esse præbenda. 312. 7
 Canonicatus est, & considerari potest tanquam diversum quid à præbenda. 312. 6
 Canonicatus cathedralis non comprehenditur in facultate concessa alicui, ut provideatur de primo vacaturo. 34. 3
 Canonicatus cathedrales non comprehenduntur in dispensatione, nisi dispensatio sit facta motu proprio. 34. 4
 Canonicatus, cui cura factam unionem parochialis incumbit cura, conferendus est per concursum. 206. 7
 Canonicatus conferendi non sunt per concursum, dum in collegiata aliqua cura nulli in particulari imposita exercetur per canonicos illos hebdomadatum. 206. 9
 Canonici tamen illi examinandi & approbandi ab Episcopo. 206. 9
 Canonicatus cathedralis, etsi nullus ei annexus Ordo, requirit ætatem saltem illam, ut provetus intra annum promovetur possit ad subdiaconatum. 213. 2
 In Germania tamen assumuntur passim, qui 14. annum attingerunt, quin & quandoque qui 12. annum non excedunt. 213. 2
 Canonicatus subdiaconalis requirit 21. annos. 215
 Canonicatus diaconalis 22. annos. 215
 Non requiruntur illi anni completi tempore promotionis sed ita inchoati, ut intra tempus, quo ordo suscipiendus compleri possint. 215
 Canonicatus, cui annexus Penitentiarius in cathedrali, requirit doctoratum. 252. 5
 Canonicatum dimidia saltem pars in cathedralibus & collegiatis, ut conferatur graduatis, hortatur Tridentinum. 252. 5
 Canonicatus, etiam cathedralis, etiam cui accessorie unitum curatum aliud, venit adhuc nomine beneficium simplicis, ad quod cum illegitimo dispensare potest Episcopus. 170. 2
 Canonicatus & præbenda quando & qualiter sit sacerdotalis. 312. 5
 Canonicatus cathedralium & collegiarum Ordinem nullum sacrum, præcedendo à Tridentino, annexum habent. 318
 De canonicatus substantia non est habere suffragium in electionibus aliisque actibus capitularibus. 318
 Canonicatus, præbendas, portiones, officia habentes in cathedrali, quibus annexus Ordo, si hunc intra annum non receperint, præterquam quod privati possint beneficiis, privandi sunt per Episcopum dimidia parte distributionum quotidianarum. 320. 4
 Canonicatum & monasterium curam & conventum catens habens tenentur residere in canonicatu. 397. 4

Canonicatus duos habens tenentur residere in digniore, vel, si æquales sunt, in quo maluerit. 357. 5
 Canonicatus, etiam dum accessorie in perpetuum annexus est dignitati, habens illam dignitatem per se debet obire officia incumbantia illi canonicatu. 419. 1
 Multo magis, dum æque principaliter annexus est, vel etiam præbenda canonicatu, per seipsum obire debet illa officia. 419. 2

Canonicus.

Canonicus & clericus regulares habere non possunt in titulum beneficia secularia curata. 53. 1
 Canonicus non subdiaconus suffragium habere nequit in electionibus, aliisque actibus capitularibus, nec de concessione capituli, nec ex dispensatione Episcopi. 318
 Potest tamen omnia alia extra capitulum, habere stallum in choro, Turnarius esse & conferre, optare præbendas &c. 318
 Canonici & præbendati cathedralium & collegiarum residere tenentur, nec ultra trimestre singulis annis abesse possunt. 397. 1
 Canonici nequeunt facere gratiam eximendo aliquem à servitio, & ut in absentia participet, estque talis consuetudo abusiva. 398. 5
 Canonicorum collegium ipsum remittere potest residentiam, dum ea soluta est ex eorum statuto. 398. 4
 Canonici auctoritate conscientia abesse possunt, & non residere ultra tempus à concilio concessum, amittendo distributiones & omnes fructus. 399
 Canonici an vi consuetudinis in absentia percipere possint fructus. 400
 Canonicus pro anno, quo est in novitium non lucratur fructus. 403
 Canonicus aliisque beneficiatus tempore divinarum officiorum celebrans in cathedrali vel collegiata lucratur distributiones. 404. 8
 Canonici vel habentes dignitatem exercentes curam animarum incumbentem de jure vel consuetudine suis canonicibus, pro tempore, quo in Ecclesia curata resident & ministrant, habentur pro presentibus in cathedrali vel collegiata. 404. 10
 Canonici vel dignitatem habentes & simul parochialem annexam canonicatu vel dignitati in parochialibus residentes, non lucrantur quotidianas distributiones, nec optare possunt domus aliaque familia. 404. 10
 Canonici infirmi qualiter lucentur distributiones. 407. 1
 Canonici duo existentes in obsequio sui Episcopi percipiunt fructus suorum canonicatum, non vero distributiones. 409. 1
 Procedit id etiam de canonicis doctorali & magistrali. 409. 2
 Item probabiliter in canonicis collegiarum. 409. 3
 Canonici servientes Episcopo lucrantur distributiones quotidianas, dum canonicatus consistunt in meris distributionibus. 406. 4
 Canonici ex sua institutione & jure communi tenentur canere in choro. 418. 1
 Nec sufficit ad lucrandas distributiones integrè, quantum est de jure communi, ut horas privatim & submissè recitent. 418. 2
 Canonici & præbendati tenentur per seipsum, & non per substitutos officia divina suo canonicatu incumbantia obire. 419. 1
 Canonicus habens in super dignitatem, præbendam vel portionem tanquam duo beneficia separata, debet utriusque officia per seipsum obire, nisi forte occurrerit eodem tempore obiri ab eadem persona nequeant. 419. 2
 Canonicus non potest licite ordinari abesse à capitulis & congregationibus capitularibus. 420. 1
 Canonici officium versantur quoque in administratione & gubernatione rerum Ecclesiarum & capituli, spiritualium & temporalium. 420. 1
 Canonicus quando, & qua de causa licite abesse possit à capitulis. 420. 2. & seq.

Capella, Capellania, Cappellanus.

Capella nomen unde desumptum. 85. 1
 Capellæ nomine ad jus canonicum translatum quid veniat. 85. 1
 Capellani quinam dicantur. 85. 3
 Capella à capellania qualiter differat. 85. 2
 Capellæ noviter erectæ intra fines parochiæ, assignato ei proprio parochi, de jure debentur decimæ. 481. 1
 Capellæ

Index rerum

- Capellæ noviter erectæ nequit Episcopus sine justa causa deputare certam parochiam in præjudicium Ecclesiæ baptismalis. 481. 1
- Capellæ, etiam existentes in Ecclesiâ, quo ad cæmента & ornamenta, ipsiſumque firum materiale sunt in hereditate & commercio profano. 96. 2
- Capellaniæ faculares manuales nullum titulum beneficialem præbentes esse possunt in Ecclesiis regularium. 44
- Capellaniæ fundatæ in Ecclesiis vel monasteriis regularium non sunt eo ipso regulares. 45. 1
- Si tamen non constet fundatas pro secularibus, præsumantur regulares. 45. 2
- Capellaniæ juris patronatus expedit potius esse manuales quam perpetuas. 63
- Capellaniæ manualitati obnoxia, dum rationem beneficii non habent, per administratores v. g. Ecclesiæ, aut pias Congregationes aliquas sub mercede conducti promissis celebrandis absque peragendis, ad nulum more famulorum, sine causa & superioris auctoritate sunt amovibiles. 72. 1
- Idem est de iis, qui ab Episcopo, capitulo, monasterio deputantur tanquam Vicarii ad exercitium curæ, vel servitium Ecclesiæ unita capitulo, dignitati &c. 72. 1
- Capellania ex dispositione fundatoris conferibilis & amovibilis ad nulum patroni laici sine legitima causa, non est beneficium nisi æquivocè. 84
- Capellania erecta & dotata auctoritate Episcopi est verum beneficium. 86. 1
- Capellania ad nulum amovibilis, ut judicari debeat verum beneficium, sufficit, illam semel iterumque collatam per Ordinarium. 86. 1
- Capellania, quotiescunque erecta non fuit auctoritate Episcopi, non est beneficium Ecclesiasticum. 86. 2
- Idque verum, etiam si ex ordinatione fundatoris esset inamovibilis, haberetque pro dote bona stabilia. 86. 2
- Item, etiam si ejus titulo sacris Ordinibus initiarentur illius possesores. 86. 2
- Item, etiam si ipse Episcopus eam fundasset tanquam laicus ex bonis propriis. 86. 2
- Capellaniæ esse beneficia præcisè non præsumitur ex onere celebrandi, vel faciendi celebrari missas, vel ex denominatione capellæ. 87
- Capella fundata ad servendum in ea deo, licet non appareat de approbatione Episcopi, præsumitur beneficium Ecclesiasticum. 87
- Capella ad nulum amovibilis, etiam si collativa sit & beneficium, nequit esse titulum ordinationis. 88. 1
- Nisi talis capellania ad nulum amovibilis habeatur in capella Papæ. 88. 1
- Vel nisi per accidens hic & nunc in hac persona ordinanda foret perpetua, eò quòd, ad quos pertinet amovere, permittant talem ordinari. 88. 1
- Capellania perpetua præbet titulum ordinationis. 88. 2
- Idque etiam si non esset collativa nec beneficium. 88. 2
- Capellania ex non collativa ten ex non beneficio fieri potest collativa & beneficium. 89. 1
- Dum nimirum ex prima sua fundatione ob non accedentem auctoritatem Ordinarii non habebat nisi rationem Legati Pii, superveniente deinceps auctoritate Ordinarii erigitur in beneficium, non reluctante voluntate fundatoris. 89. 1
- Quæ voluntas tunc censetur non reluctati, ubi fundator in fundatione nihil addidit, per quod ratio collativæ & beneficiæ excludatur seu prohibeatur. 89. 1
- In quo casu non mutabitur voluntas fundatoris, sed dicitur per talem adjunctionem solum alterari. 89. 1
- Vult tamen Garcias, hæc solum procedere, ubi capellania instituta in ultima voluntate; non in capellania instituta inter vivos, & ita cum effectuata per positionem capellani. 89. 2
- Capellaniam, dum fundator noluisset collativam, Ordinarius deinceps, accedente consensu patroni, non potest erigere in beneficium. 90
- Capellania, quam fundator noluisset esse beneficium, ad hoc, ut habeatur pro beneficio, sufficit, per annos 40. collatam ut beneficium. 91
- Capellania perpetua, dum erecta est auctoritate Ordinarii in beneficium, non tener prohibito illa fundatoris, quòd Ordinarius non debeat se intrinsece in illius provisione, sed ea spectet ad solos laicos. 92
- Idque etiam si Episcopus ipse in ejus erectione in beneficium consenserit in talem conditionem. 92
- Tener tamen talis conditio, & est servanda, ubi Episcopi auctoritas in ejus institutione non intervenierit. 92
- Capellaniæ, in quibus non intervenit auctoritas Episcopi, non possunt impetrari in titulum beneficii. 93
- Nec possunt permutari cum beneficio. 93
- Capellania erecta in beneficium, tenet, quòd fundator ab ejus administratione, cura, & visitatione excludat Ordinarium, saltem excepto casu negligentia. 94
- A qua tamen visitatione non excluditur per hoc præcisè Ordinarius, quòd fundator alteri simpliciter commiserit visitationem. 94
- Capellania non collativa bona manens secularia & subiecta potestati seculari. 96. 1
- Capellaniæ privata auctoritate instituta tanquam profana jure sanguinis aut hereditario devolvuntur in Hispania more fideicommissorum & majoratum. 99. 1
- Capellaniis talibus non collativis non potest imponi subsidium bonis & redditibus Ecclesiasticis imponi tollitur. 96. 1
- Capellaniæ tales venire possunt in pactum circa auctoritatem Papæ sine simonia. 96. 2
- Capellaniæ instituta sine auctoritate Ordinarii, etsi de cetero sub nomine beneficii fundentur, obvenire possunt laicis, etiam infantibus ac feminis, nisi aliter caverit fundator. 97. 1
- Neque requirunt ætatem certam, nisi indirectè quandoque, dum v. g. fundator voluit, ut obtinens tale legatum vel capellaniam sit clericus. 97. 1
- Capellania erecta in titulum beneficii requirit clericatum. 97. 2
- Nihilominus ex fundatione dari potest puero ante primam tonsuram titulo seculari. 97. 3
- Capellania obligat ad horas, dum est beneficium, non alias. 98
- Capellaniæ duæ fundatæ super eodem altari, & sub eisdem oneribus ab uno haberi non possunt. 99. 1
- Capellaniæ duæ fundatæ in eisdem Ecclesiâ diversis capellis, vel etiam in eisdem capellæ diversis altaribus, vel etiam in eodem altari, ad diversos tamen fines, & cum diversis oneribus non sunt incompatibiles. 99. 2
- Capellania cum diversi nominis & instituti beneficio in eadem Ecclesiâ non est incompatibilis. 99. 3
- Capellania requirens residentiam est incompatibilis cum quocunque alio beneficio pariter residentiam requirente in loco alio. 99. 4
- Capellaniæ beneficiales non habentes annexam curam, præsciendendo à fundatoris ordinatione, statuto & consuetudine, non requirunt residentiam. 100. 1
- Idque si ultra onus celebrationis missarum haberet impositum servitium cantandi in choro, dixissetque fundator: *obtinens capellam cantet & serviet.* 100. 1
- Secus tamen est, ubi fundator dixisset: *inter sit, & assistat in choro.* 100. 1
- Quarvis & hæc verba adhuc non importare nisi residentiam tantum casualivam seu improptiam dicat C. de Luca. 100. 1
- Capellania beneficiælis residentialis ab onere residentiam liberatur ob fructus ad insufficientiam diminutos. 100. 2
- Capellania nullos fructus habens in absentia, omnibus inter presentes distribui solitis, videtur requirere residentiam personalem & præcisam. 100. 3
- Capellani alicujus Ecclesiæ collegiatæ, an habeant jus interessendi capitulo. 100

Capitulum.

- Capitulum cathedrale constituit idem corpus cum Episcopo. 447. 2
- Capitulo ante hac, attentâ primâ origine, omnes, etiam regulares, erant subiecti, adeoque ab ejus jurisdictione modo regulares quidam non nisi privilegialiter eximuntur. 447. 3
- Capitulum cathedrale in omnibus locis & Ecclesiis intra diocesim, etiam exemptis habet jus reverentiale & eminentiale, etiam sede plenâ. 447. 3
- Capitulo cathedrali solemniter & capitulariter interveniente in erequis in Ecclesiâ regulari, an jus peragendi officium spectet ad Prælatum regularem. 447. 3
- Capitulo cathedrali solemniter interveniente in Ecclesiâ regulari vel seculari exempta, an Prælati illius, cui alias concessum pontificaliter celebrare, id possit prætereendere. 447. 3
- Capitula tam collegiatarum quam cathedralium semper & ubique præcedere debent Ecclesiis inferiores. 448. 2
- In

& Verborum.

In capitulo habere vocem, & esse de capitulo sunt diversa. 405. 4

Capitulum sine consensu Episcopi statuere potest circa particularia capituli negotia. 415

Capitulum an, & qualiter circa distributiones certo modo inter canonicos distribuendas statuere potest, 415

Capitulum an statuere possit, ut certis tantum horis assignentur & fiant distributiones. 416

A capitulo an ordinariè abesse possint canonici. 420. 1

A capitulo quando, & cur licitè abesse possint canonici. 420. 2. & seq.

Capitula tempore divinorum officiorum haberi non debent. 420. 4

In capitulo gesta tempore divinorum etiam valeant, non tamen valent, si duæ partes capitularium essent absentes, quia in choro occupari. 420. 4

Capitulo non convocato legitime, vel insolito tempore & incongruo, absentes excusantur. 420. 5

Capituli consensus non est necessarius, sed sufficit Episcopi, ut decima acceptæ legitime ab Ecclesia donentur à laico alteri Ecclesie vel loco pio. 475. 1

Capitulum cathedrale non potest immutare naturam & institutionem beneficiorum. 31

Capitulum dare non potest præbendam & canonicis licentiam absentia, & habere illos pro presentibus ultra tres illos menses, etiam ad breve tempus, & ex iusta causa. 398. 3

Nec valet in contrarium eius statutum, nisi à Papa ex certâ scientiâ, & in specifica forma confirmatum. 398. 3

Etique talis consuetudo dandi talem licentiam abusiva. 398. 3

Capitulum tamen videtur posse dare licentiam ad breve tempus ex causis iure expressis. 398. 3

Capitulum sede vacante potest remittere obligationem residendi præcisè, dum obligatio hæc solum est ex statuto aliquo synodali aut diocæsano. 398. 4

Capitulum sede vacante vacantes parochias conferre acquirit. 171. 1

An in iis statuere possit æconomum, vel eas ad sex menses commendare. 171. 2

Capitulum sede vacante habere potest concursum, etiam post annum à celebrata synodo ultima, modò supersint sex Examinatores. 188. 1

Capitulum sede vacante post elapsam ab ultima synodo annum habere non tenetur synodum. 188. 1

Capitulum sede vacante habet potestatem celebrandi synodum. 188. 2

Capitulum sede vacante, si elapso anno ab ultima synodo non supersint sex Examinatores, non potest habere concursum, nisi prius in synodo ad hoc congregata sex constituerit Examinatores. 188. 2

Capitulum sede vacante, ut teneatur habere synodum, causa sola sufficiens est, deputandi hic & nunc Examinatores necessarios. 188. 2

Capitulum sede vacante dispensare potest in defectu natalium quo ad ordines minores, & beneficia simplicia. 268. 2

Capitulum sede vacante ex gravi causa cum curato dispensare potest, ut ad breve tempus non resideat. 374. 4

Cardinalatus, Cardinalis.

Cardinalatus quo iure constituitur. 12. 2

Ad Cardinalatum promoveri nequeunt legitime per subsequens matrimonium. 261

Ad Cardinalatum dispensatus non censetur, cum quo dispensatum ad quascunque dignitates. 269

Cardinales Episcopi existentes in curia sine concursu conferre possunt parochiales suæ diocæsibus. 206. 13

Cardinalis creandus esse debet in ætate requisita ad ordinem sacrum Cardinalatus annexum. 221

Cardinales tamen etiam creari in minore ætate nil obstat. 221

Cardinales iure communi residere tenentur apud Ecclesias suas, quibus ut pastores præficiuntur. 386. 2

Cardinales, dum eorum opere eget Papa excusantur à residendo. 386. 2

Cardinalatus non est sufficiens causa, præsciendò ab illa Papæ vel boni communis egentia, ut commoretur in curia Romana, dum simul est Episcopus Ecclesie distantis ab Urbe. 386. 2

In Cardinalis obsequio existentes duo canonici sui tituli lucrantur fructus, non distributiones. 405. 5

Cardinalium etiam familiares, universaliter loquendo, non percipiunt in absentia fructus, nec excusantur à residendo. 405. 5

P. Leuron. Fori Benef. Tom. I.

percipiunt in absentia fructus, nec excusantur à residendo. 405. 5

Censurâ.

Censura non suspenditur per appellationem post eam interpositam. 329. 3

Censuram in suos citra speciale privilegium ferre non possunt parochi. 444

Censuram ferre spectat ad jurisdictionem fori externi. 444;

Citatio.

Citatio per edictum operatur eundem effectum, quem citatio personalis. 392

Citatio ab Ecclesiis & beneficiis suis absentium an, & qualiter fieri debeat. Vide V. Absente.

Clausula.

Clausula: *ex motu proprio*: supplet solum subreptionem ex causis extrinsecis, non verò eam, quæ provenit ex personæ inhabilitate, & intrinseca beneficii qualitate. 37. 1

Clausula decreti irritantis inducit formam, & actum contra illud factum reddit nullum. 198

Clausula: *non obstantibus*: adjici solita in provisione Papali, non derogat dispositioni fundatoris; derogat tamen qualitati requisitæ ex speciali statuto alicujus Ecclesie. 313

Clausula: *se à quibusvis* &c. poni solita in literis Apostolicis, operatur valorem impetrationis factæ ab excommunicato, ita tamen, ut si provisio facta in forma commissaria, & forma *signum*, impetrans, ut validè obtineat beneficium, priusquam fiat collatio debet absolvi à commissario. 329. 4

Vi dictæ clausulæ absolvitur impetrans ab excommunicatione Bullæ cænæ, non tamen ab incurfa ob hæresin. 329. 4

Dicta clausula non favet infidelibus. 329. 4

Vi dictæ clausulæ positæ in literis legatorum & Episcoporum non absolvitur impetrans nisi ab excommunicatione, à qua illi possunt absolvi. 329. 4

Clausula: *ex certa scientiâ*: inserta confirmationi, an operetur, ut confirmatio sit ex certa scientia. 397. 8

Clericatus, Clericus.

Vide *Tonsura prima*.

Clericatus privilegia constitutorum in minoribus tantum amittuntur per bigamiam veram & interpretativam, non per similitudinariam. 355

Clericatus qualitas positivè hodie debet exprimi in impetratione beneficii, ita ut literæ sine hac narrativa tanquam contra stylum extortæ habeantur suspectæ de fallo. 309

Clericatus perperam collatus ab alieno Episcopo ratificari potest à proprio Episcopo. 307. 2

Clericatus requiritur ad obtinendam pensionem Ecclesiasticam. 308

Clericatus per se non requiritur in superiori regulari. 310

Clericorum nomine in odiosis non veniunt Episcopus & Regulares. 152

Clerici conjugati non secus ac laici incapaces sunt obtinere beneficia. 307. 1

Clericus conjugatus reputatur in omnibus tanquam laicus. 307. 1

Cum clerico conjugato ne quidem ad simplex beneficium dispensare potest Episcopus. 307. 1

Clericus carens executione clericatus, seu cui collatus clericatus nulliter quo ad executionem incapax est beneficii. 307. 2

Dicta tamen inhabilitas tolli potest per ratificationem talis clericatus factam à proprio Episcopo; ita tamen, ut collationem beneficii præcedat ratificatio illa. 307. 2

Clerici nomen deductum à κληρος, quod sortem significat. 309

Clerici nomen generalissime acceptum capit mancipatos Ecclesie servitio, etiam citra susceptam primam tonsuram, adeoque capit omnes personas Ecclesiasticas. 309.

Clerici largo modo sunt laici conversi & milites Hierosolymitani. 309.

Clerici

Index rerum

Clerici nomen sumptum in genere subalterno pro electo quidem in sortem domini, sed ordinato, non capit simplices monachos ac conversos: capit tamen omnes species ordinatorum, hoc est, initiatorum, sive primam tonsuram, sive minoribus, sive sacris Ordinibus. 309
 Clericus notorie concubinarium vel adulter post peccatum sufficienter penitentiam & vitæ emendationem sine dispensatione celebrare potest, aliisque præstare. 344
 Clericus non nisi habentibus beneficium proprium tale debentur decima jure communi ex Justitia. 480. 2
 Clericis verò aliis debentur quidem ex Justitia, non tamen jure communi, sed v. g. vi privilegii. 480. 2
 Clerici non curati obligantur per se & debito personali ad solvendas decimas, intellige, prædiales. 483. 8
 Clerici, qui parochi non sunt, tenentur agnoscere proprium pastorem, & ab eo sacramenta percipere. 483. 8
 Clericus clericum non decimas: qualiter intelligendum. 483. 8.

Coadjutor.

Coadjutor & coadjutus simul abesse non possunt, etiam in illo trimestri concessio canonicis, dignitatibus &c. 401. 6
 Coadjutor debet habere eandem ætatem quam principalis. 217. 2
 Coadjutores dantur Episcopis & parochis ægrotis. 238

Collatio, Collator.

Collatio aliavé provisio beneficii curati ante annum 24. completum est nulla. 217. 3
 Collatio beneficii vacantis in mense Papali, Papâ adhuc vivente, quod mansit improvisum ob mortem Papæ, non spectat ad Ordinarium. 174. 2
 Collatio parochialium vacantium in mensibus aliis Papæ reservatis, sede papali vacante, spectat ad collatores ordinarios. 174. 2
 Idem est de ceteris beneficiis. 174. 2
 Collatio parochialium vacantium sede Episcopali vacante non spectat ad capitulum. 171. 1
 Collatio parochialium reservatarum Papæ vacantium, sede Papali vacante, spectat ad Ordinarium, etiam inferiorem, collatorem. 171. 1. & 2
 Secus est de Ecclesiis aliis curatis non parochialibus, & de parochialibus collegiatis, vel habitu tantum parochialibus. 172. 3
 Collatio beneficiorum neque est jurisdictionis, neque Ordinis Episcopalis. 166. 2
 Collatio speciali aliquo jure spectare potest ad monasterium. 166. 2
 Hoc tamen jus conferendi incorporationem aut unionem factam monasterio non infert. 166. 2
 In collationibus parochialium per concursum adhuc est locus præventioni inter Ordinarium & alium quempiam collatorem inferiorem. 205. 8
 Collatio aliâque provisio facta non clerico tempore provisionis est ipso jure nulla. 303
 Collatio est nulla, dum provisio prius post expeditionem literarum Apostolicarum sit clericus. 303
 Collatio à Papa facta destinata solum ad clericatum est nulla, nisi in rescripto hujus tantum destinationis ad clericatum fiat mentio. 303
 Collator laicus, eum, cui beneficium amovibiliter contulit, non potest auctoritate propria ab eo removere. 71
 Collator ex eo præcisè, quod contulerit beneficium, non potest eundem admittere ad ejusdem beneficii resignationem. 71
 Collatores inferiores non habent potestatem habendi concursum, nec ullam licet eis attingere hujus officii partem. 205. 8
 Collator inferior Episcopo sine concursu conferre potest parochialem alteri, dum in concursu præelectus intra quadrimestre à die vacationis non exhibuit dicto collatori testimonium de sua præelectione. 206. 6
 Collator potens absol. ere excommunicatum, dum ei confert beneficium, censetur eum absolvere, & sic valide promovere. 326
 Idem est de confirmatore & institutore potente absolvere, & sine electione conferre beneficium. 326

Collegiata.

Collegiata, in qua exercetur cura per illius canonicos aut hebdomadarios, eò quod nulli in particulari commissa,

etsi sit simul parochialis, non tamen dicitur curata aut parochialis. 206. 9
 Collegiata insignis quæ. 294. 8

Compromissum.

Per compromissum jus decimarum transire potest de uno in alium. 477. 2
 In compromisso tali necesse est intervenire consensum superioris, aliâque solennitates ad alienationem rerum Ecclesiasticarum requisitas. 477. 2

Concilium.

Concilium Tridentinum quas pœnas statuerit Episcopis non residentibus. 389. 1
 Quas pœnas statuerit aliis curatis. 389. 2
 Concilii Tridentini dispositio de residendo quo ad canonicos non est ubique recepta. 397. 13
 Concilium Tridentinum quibus statutis & consuetudinibus non residendi deroget. 397. 6. & seq.

Concubinarium, Concubinatus.

Concubinarium notorie, vel etiam adulter post peccatum sufficienter penitentiam & vitæ emendationem, sine dispensatione celebrare, aliisque præstare potest. 344
 Concubinatus est signum majoris incontinentiæ quam matrimonium. 351. 1

Concursus.

Vide *Examinatores, Appellatio, Episcopus.*

Concursu opus non est in provisione Vicariarum perpetuarum parochialium. 120. 2
 Neque in deputatione Vicarii parochialis, usque dum ei vacanti de Rectore provideatur. 120. 1
 Concursu tamen opus est dum cura tota, sive actualis & habitualis advocata à Rectore principali translata in Vicarium. 12. 3
 Concursu opus non est, ubi Ecclesia parochialis vel cura annexa dignitati vel canonicatui stanti de per se, etiam ipsi quoque exercitium curæ sit penes possessorem dignitatis, canonicatus. 120. 3
 Concursu opus est in provisione Vicariæ de per se existentis, ubi nullus apparer Rectore. 120. 3
 Concursus an pro forma, & ad valorem sui requiratur ad examen vocari plures. 180
 Concursus an pro forma requiratur per edictum fieri vocationem omnium examinari volentium. 181
 Ad concursum pro parochialibus vacantibus per resignationem factam in manibus Episcopis, is admittitur neque sanguineos affines vel familiares tam suos aliorumque collatorum, quam resignantis. 182. 1
 Ad concursum pro parochia vacante admitti potest habens jam beneficium curatum. 182. 2
 Concursus locum non habet, dum parochialis est juris patronatus laicalis, nisi forte jus patronatus laicalis sit ex mero privilegio, vel sint plures æqualiter presentati. 206. 10
 Concursus locus non est, dum parochialis est juris patronatus mixti, ubi mixtura est æqualis. 206. 11
 Concursus habendus dum parochialis est juris patronatus merè Ecclesiastici. 206. 11
 In quo casu is, quem patronus inter approbatos digniorem judicabit, ab eodem presentari debet Episcopo instituendus, dum institutio spectat ad Episcopum. 206. 11
 Si verò institutio spectet ad alium, Episcopus digniorem eligit, quem patronus presentabit habenti instituit. 206. 11
 Concursus habendus in provisione parochialis juris patronatus Ecclesiastici, etiam si institutio spectet ad Abbatem aliosque exemptos. 206. 11
 Item, etiam si institutio spectet ad Papam, dum nimirum in mense Papali vacavit talis parochialis; in quo casu Ordinarius nullâ habitâ ratione patronorum, habere debet concursum, dignioremque à se electum mittere Romam instituendum. 206. 11
 Concursus tamen non habendus, si sic cavet fundator Ecclesiasticus. 206. 11
 Concursus habendus in provisione canonicatus, cui citra factam unionem parochialis annexa est cura. 206. 7
 Idem est de dignitate, in quam cura de cetero incumbens toti capitulo translata est ab Episcopo. 206. 7
 Concur.

& Verborum.

Concurfus habendus in provisione simplicis beneficii habentis de per se exercitium curæ in aliquo loco parochialis. 206. 7

Concurfu opus non est in provisione dignitatum habentium curam animarum in Ecclesiis collegiatis. 206. 8

Concurfu opus non est in provisione canonicatum, dum in collegiata aliqua cura in particulari nulli imposta, exercetur per canonicos illos hebdomadarum. 206. 9

Examinandam tamen sunt tales canonicis, & nequaquam absque approbatione sua Episcopus iis permittere debet exercere curam. 206. 9

Concurfus cessat in parochiis litigiosis vacantibus, nisi tamen uterque colligens obierit. 206. 12

Concurfus non habet locum in parochialibus regularibus. 206. 13

Ad concursum admitti potest comparens elapso termino edicti, examine nondum habito. 182. 3

Idque, etiam si de novo comparens docere nequeat de impedimento & ignorantia. 182. 3

Item, etiam si descripti jam ab Episcopo contradicant. 182. 3

Concurfus habendi terminus semel statutus ultra 20. dies prorogari nequit ab Episcopo. 183. 1

Terminus hunc, etsi Episcopus non teneatur, potest tamen prorogare, etiam pluries, donec isti 20. dies compleantur. 182. 1

Intra præfixum terminum, nemine comparente, potest edicta renovare toties, quoties ei videbitur, durantibus 6. mensibus competentibus ei ad conferendum. 183. 2

Concurfus est nullus, ubi elapso nondum termino illo fieret examen. 183. 4

Concurfus examen, quot diebus ab elapso termino in edicto proposito necesse sit fieri examen, determinatum non est à Tridentino. 184

Ad concursum, dum intra præfixum terminum nemo comparet, potest Episcopus liberè conferre parochiam; vel dum collatio spectat ad inferiorem collatorem, eligere aliquem, ab illo collatore providendum. 185. 1. & 4

Ad concursum, dum unus solus comparet, is examinatus, si repertus fuerit idoneus, providendus de parochia. 185. 2

Concurfus subsistit, si ex adscriptis aliqui tantum comparentes præscripto examini die examinentur. 185. 3

Quid faciendum, ubi ex omnibus examinatis nemo repertus idoneus. 185. 4

Concurfus pro valore sui requirit, ut 6. ad minimum Examinatores sint constituti, etsi ab eorum tribus aut quatuor haberi possit examen. 186

Concurfus est nullus, dum anno elapso à celebrata synodo, senario illo numero deficiente, substituantur extra synodum Examinatores. 187. 1

Concursum habere potest capitulum sede vacante, etiam post elapsam annum ab ultima synodo, modò tunc remaneant 6. Examinatores. 188. 1. & 205. 3

De concurfus forma est, ut Examinatores præliterint juramentum cum attractu Evangeliorum, se munus suum fideliter executores. 189. 1. & 3

Juramentum hoc præstari debet publice in synodo, mox ut electi Examinatores. 189. 2

Juramentum hoc semel præstitum sufficit, nec requiritur, ut præstetur in quolibet concurfu. 189. 4

Concurfus pro forma & valore requirit, ut Episcopus aut ejus Vicarius intersit examini. 190

Concurfus tamen haberi potest coram & à Vicario solo, Episcopo etiam non impedito. 190

Non potest tamen Vicarius sine speciali mandato ipsam collationem parochialis facere indicato & electo magis idoneo. 190

Concurfus haberi potest coram præsidente ad hoc specialiter ab Episcopo deputato. 190

Concurfu novo opus non est, dum magis idoneus ex Examinatis desistit ab aspirando ad parochiam ante electionem factam ab Episcopo de magis idoneo; secus si id fiat post illam electionem. 199

Concursum indicere & habere est Episcopi ejus diocesis, cujus sunt parochiæ, pro quibus instituitur concurfus. 205. 1

Concursum habendi, & ex approbatis eligendi digniorem, est etiam penes Vicarium generalem Episcopi, & quidem regulariter ex generali commissione. 205. 2

Concursum habendi potestatem habent Abbates habentes proprium territorium, omnemque in eo jurisdictionem quasi Episcopalem, & usum cogendi synodum. 205. 4

P. Lewen. Fori. Benef. Tom. I.

Concursum habere spectat quoque ad eum, qui lire pendente inter Episcopum & alium Prælatum talem inferiorem super hac ipsa jurisdictione, subrogatur tantisper à Papa. 205. 5

Concursum habebit Episcopus vicinior, dum parochia nullius est diocesis. 205. 6

Concursum habendi potestas non est penes Patriarchas respectu parochialium existentium in diocesi Episcopi provincie suæ, etiam dum eorum collatio spectat ad Patriarcham. 205. 7

Concursum habendi potestas non comperit Abbati, multòque minus alteri collatori inferiori, nec illis ullam hujus officii partem licet attingere. 205. 8

Concurfu opus non est, dum parochia resignatur in favorem alicujus; sufficit enim tunc resignatarum probari idoneum ab Examinatoribus synodalibus. 206. 1

Concurfu opus est, dum parochia resignatur simpliciter. 206. 1

Sine concurfu tamen ex stylo datariæ, dum parochialis vacat apud Sedem, sive per obitum, sive per resignationem simplicem aut cessionem, ea confertur prævio solum examine de sufficientia. 206. 1

Concurfus haberi debet facta resignatione parochialis in manibus collatoris inferioris Papæ, in quo, si resignatarius non invenitur saltem minus aptus, fieri ei non debet collatio. 206. 1

Concurfu opus non est, dum per Papam Romæ præsentem providetur de parochia vacante in partibus Papæ reservata; sed sufficit, examinarum ab Examinatoribus in Urbe deputatis repertum idoneum. 206. 2

Concurfu opus non est, dum beneficia parochialia, etiam inæqualia, vel etiam dum unum est simplex permittuntur. 206. 2

Concurfu opus non est, dum parochialis ab immemoriali tempore consuevit operari. 206. 4

Concurfu opus non est in provisione parochialis, in cujus prior provisione servata non fuit forma Tridentini. 206. 5

In concurfu approbato & prælecto ab Episcopo non potest fieri collatio, si intra quadrimestre à die vacationis non exhibuerit Papæ aut alteri, ad quem spectat collatio, testimonium Ordinarii de sua præelectione. 206. 6

Et in hoc casu sine concurfu alteri tunc fieri potest collatio, etiam ab inferiore illo collatore. 206. 6

Concurfu opus non est in provisione dignitatis, cui perpetuè accessoriè unita parochialis. 206. 7

Secus, ubi parochialis unita æquè principaliter. 206. 7

Concurfui locus non est, dum parochialis acquiritur per regressum, si tamen regrediens eam ante possederit. 206. 15

Sine concurfu providetur parochialis tantum habituralis, ubi tamen ea redierit ad actum, deinceps opus concurfu. 206. 16

Sine concurfu Cardinales Episcopi existentes in curia conferre possunt parochiales suæ diocesis, modò collatarius examinetur ab Examinatoribus deputatis à Papa. 206. 18

Concurfus ubi per accidens haberi nequit, debet adhuc approbatio fieri prævio examine Examinatorum synodalium. 208

Confessio.

Confessio delinquentium contra illos, non contra tertium valet, nisi adminiculata externis indicis. 205. 3

Congrua.

Congrua portio ex fructibus beneficii assignanda Vicario, etiam temporali. 123

In congruæ hujus deputatione habendus respectus præcipuè ad conditionem personæ, Ecclesiæ suæ, regionis consuetudinem, Ecclesiæ facultates. 123

Congruam hanc assignate, vel potius arbitrariè ejus sufficientia, dum assignatur Vicario à Rectore principali, est Episcopi. 124. 1

Ad congruam hanc præstandam Episcopus cogere potest monasterium. 124. 1

Congrua hæc præstanda à percipiente decimas, aliæque emolumenta parochialia, etiam si non haberet curam habitualem. 125

Non tenetur Vicario dare ultra id, quod petcipit à parochia, & emolumentis parochialibus. 125

In quo casu tenetur supplere, & ad hoc compellendus populus. 125

Modus

Index rerum

- Modus extorquendi illud supplementum à parochianis est, si ab Episcopo nonnihil augeantur emolumenta parochialia. 125
- Congrua hæc quanra esse debeat, nihil statuit quo ad hæc Tridentinum; sed reliquit Ordinarii arbitrio pro facti & onerum qualitate. 126
- Congruam Vicarii seu economi, donec Ecclesiæ vacanti de Rectore provideatur, S. Congregatio taxavit ad 2. aureos singulis mensibus. 126. 1
- Pro congrua tali Vicario assignari non possunt omnes fructus, nisi forte omnes conjunctim non excedant congruam. 126. 1
- Pro congrua Vicariis aliis Pius V. constituit summam non majorem centum, nec minorem 50. scutorum annuorum, computatis omnibus etiam incertis emolumentis. 126. 2
- Quid veniat nomine illorum incertorum. 127
- Pro congrua tamen quandoque 300. & 400. scuta assignantur. 126. 2
- Congrua semel constituta contentus esse debet Vicarius. 128
- Congruæ tenuitas ab initio factæ, an & quando sufficiat, ut ea augeti debeat. 128
- Congrua Vicariæ perpetuæ vacantis ad quem spectet. 129
- Conjectura.*
- Conjectura in dubio sumenda, quæ delictum excludat. 265. 1
- Conjecturam in dubio in præjudicium innocentis sumere non licet ab eo, quod est verisimilius, & plerumque fit. 265. 1
- Consuetudo.*
- Consuetudo capituli dandi licentiam absendi, & eximendi aliquem, ut non seruiat, & participet, est corruptela. 398. 3
- Consuetudini immemoriali etiam non residendi in canonicatu, vel dignitate cathedralis vel collegiatae derogatum per Tridentinum. 397. 6
- Consuetudo generalis, quæ beneficia liberantur ab onere residendi, abrogari potest per statutum capitulare. 395. 3
- Consuetudine induci potest, ut etiam curati sine licentia ex causa rationabili, maxime in jure expressa, absint. 378. 1
- Consuetudine induci potest, quidquid privilegio haberi potest. 368
- Consuetudine nullâ induci potest, ut habens strictè curam animarum absit à sua Ecclesia, quod tamen limitatur. 368
- Consuetudo non excusat ab aliis effectibus civilibus, excusat tamen à pœna. 385. 8
- Consuetudo mala, etiam damnata tanquam corruptela, excusat à contumacia & incurfu pœnarum de præterito. 387. 8
- Consuetudine num induci possit, ut canonici cathedralis & collegiatae, & dignitates non resideant & percipiant fructus. 400
- Consuetudine induci potest, ut Episcopus sine auctoritate Papæ concedat laico decimas in feudum perpetuum. 474. 6
- Consuetudine nullâ generali alicujus provinciae induci potest, ut laici decimas jure domini directi sibi vendicent. 473. 2
- Consuetudine decimæ uni Ecclesiæ debita alteri adscribi possunt. 479. 1
- Consuetudo disponendi liberè de decimis ac aliis bonis patrimonialibus toleratur. 475. 5
- Consuetudine tolli potest obligatio solvendi decimas, etiam à parochianis, non tantum, ut hoc vel illo modo solvantur, sed & in totum. 491. vide V. decima.
- Consuetudo in administrandis oblationibus, & quo ad jus eas percipiendi admittenda & observanda. 463. 9
- Ex consuetudine portio quarta canonica potest esse tertia pars vel medietas obventionum, & qualis debeat esse illa consuetudo. 454. 2
- Consuetudine nullâ, etiam immemoriali, generari potest præscriptio, ubi est incapacitas possidendi. 474. 8
- Consuetudo toto orbe recepta est, ut satisfaciant fideles præcepto audiendi missam, audiendo eam extra parochiam. 438. 1
- Consuetudo recepta est, ut parochi in confinio dnanum diocesium existentes in festiuitatibus evocent vicinos in subsidium audiendi confessiones, absque eo, quod ab Ordinario istius alterius diocesis approbentur. 434. 2
- Consuetudo, ut canonici præsentés in choro non teneantur canere, dum habent capellanos & ministros alios, qui id faciant, non est irrationabilis. 418. 3
- Consuetudine induci nequit, ut præsentés in urbe beneficii absentes tamen à divinis lucrentur distributiones. 414. 1
- Item, ut habens duos canonicatus, interessendo divinis in una Ecclesia percipiat distributiones in utraque. 414. 2
- Item ut lucrentur distributiones hebdomadis sequentis, qui solum hebdomadâ præteritâ interfuit divinis. 414. 3
- Item, ut distributiones dari solitas pro reliquis horis percipiant, qui soli matutino interfuit. 414. 6
- Item ut distributiones anni sequentis percipiant hæredes defuncti. 414. 4
- Consuetudo tamen valet, ut hæredes percipiant fructus anni sequentis. 414. 4
- Consuetudine vel statuto induci potest, ut absentes canonici percipiant distributiones in absentia per trimestre illud, ubi hæc ex proventibus capituli deductæ. 402
- Consuetudo percipiendi distributiones in absentia ob servitium Episcopi servanda est. 406. 1
- Consuetudo, ut canonici aliqui non curati absentes ratione peregrinationis, etiam ex voto percipiant fructus & distributiones, non est rationabilis. 411
- Consuetudo, ut certis tantum horis assignatæ sint distributiones, an valeat. 416
- Consuetudinis immemorialis ea est operatio, ut vi illius allegari possit quicumque titulus. 416. 3
- Consuetudo & observantia centenaria stat loco probationis. 416. 3
- Cura.*
- Cura incumbens beneficiis in eorum impetratione est exprimenda. 175. 1
- Secus est, ubi cura tantum est jurisdictionis. 175. 1
- Cura animarum potest esse penes monasterium ejusvè Prælatum, & tamen ea actualiter immediatè exerceri ab aliquo illius monasterii religioso ad nutum amovibili. 68. 1
- Cura animarum, & hujus curæ exercitium distincta sunt & separabilia. 68. 1
- Cura, ubi hoc modo est penes monasterium, & illius exercitium penes unum religiosum istius monasterii, Abbas seu Prælatum est Rector & sponfus istius Ecclesiæ. 68. 1
- Cura ad quem jure proprio pertinet. 110. 3
- Cura quandoque tota avocatur à Rectore principali, & transfertur in Vicarium etiam temporalem. 126. 3
